

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contemptus a
cum uariis

Sedulo monendi sunt scolastici ut humilitate induti Christiana discant non contempnere quos cognouerunt morum uicia quam uerborum amplius deuitare quia licet per ignoranciam grammaticae artis aliquid uiciosum proferant presbyteri uel episcopi, non tamen ideo a scolasticis sunt despiciendi sed cordi casto, scilicet prelatorum linguam exercitatem scolastici preferre non audeant quam eciam preferre consueuerant. Morum enim uicia magis quam uerborum sunt precauenda.

Augustinus in libro de cathezizandis rudibus et est XXXVIII. distinctione.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

sunt *om.* B; *induti*] *inducti* M; *cognouerunt*] *cognouerint* V² L¹ L²; *deuitare*] *ceuitare* C;
scilicet om. V² L¹ L²; *preferre*] *proferre* P V¹ V² L¹ L²; *in om.* C; *in libro om.* P V¹ V² L¹ L²;
XXXVIII.] XXVIII. P V¹ V² L¹, 29. L²